9

Z
LE III

PROV. DIOC.
162
B
35.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
B
35
NAPOLI

108
B
18

SYNODVS

DIOECESANA CONSENTINA

II.

QVAM REVER.MVS DOM.

IO. BAPTISTA CONSTANTIVS

ARCHIEPISCOPVS CONSENT.

HABVIT.

ANNO MDCIII.

CLEMENTE VIII. PONT. MAX.



CONSENTIAE,

Apud Aloyſium Caſtellanum. M D C V.

Imprimatur

F. *Prothonotarius de Bonohomo Vicarius Genera*
Conſentinus.

4
a
42

DECRETA
IN SYNODO DIOECESANA
CONSENTINA
II.

HABITA IN ECCLESIA METROpolitana, Anno 1603. die 4. menſis Maij.

NOS IOANNES BAPTISTA Conſtantius Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Archiepiſcopus Conſentinus, Hæc in Synodo Noſtra Diœceſana Secundo ſtatuimus, atq; edicimus.

QVAE PAROCHI SERVABVNT ad Fidem Catholicam tuendam.

SVPERIORI Synodo noſtra, ſanctorum Patrum veſtigijs inhærentes, & Conciliorum præcepta ſeruantes à Fidei Catholicæ confeſſione exordium fecimus, eandem præſens Synodus amplectens, vt illius fundamento innixi ſpirituale perueniat edifitium, quo Dei Gratiâ contendit attingere, vno ore iuxta articulos in Conſtitutione I. ij IIII. propoſitos voluit profiteri.

At qui deinceps quauis ratione illam emittere contigerit uolumus, vt in libro ad eam rem confecto manu Notarij Curiæ noſtræ gratis referantur.

Vt autem quod ore confitetur operibus impleatur inter cæteras Parochorum Curas, præcipuam ſibi eſſe intelligant, ne ijs negligenter agentibus antiquus hoſtis falſæ doctrinæ Ziza-

niam, aut aliud ſuperſeminet, quod fidei puritati aduerſetur.

Inuigilent prӕterea ad eliminandos Veneficos, Incantatores, Sortilegos, & alios huiuſmodi quo debent ſtudio maiori, nec omittent populis proximo Epyphaniӕ feſto publicare Conſtitutionem Sixti V. ea, & libros habendi, ſiue legendi prohibentem.

Habeant quoque Indicem librorum prohibitorum Sanctiſſimi D. N. iuſſu editum, & publicatum, cuius partem aliquam dum ſermonem ad Populum habent ita declarandam, & publicandam curabunt, vt infra ſex menſes eius integra publicatio, & declaratio ſit abſoluta.

Vbi vel libri prohibiti, aut ſortilegia, ſiue veneficia quӕcunque continentes, etiam manu conſcripti fuerint Parochis reuelati, infra quatuor dierum ſpatium erunt nobis fideli nuntio tranſmittendi. Excommunicationis, & alia arbitrio noſtro pœna adiecta, ne interea illos cuiquam oſtendant, neue illorum permittant exemplum.

DE FESTIS DIEBVS cuſtodiendis.

PRAETER ea, quӕ ſuperiori Synodo ad feſtos dies colendos utiliter decreuimus, hӕc inuiolatè, tum in euitandis, tum in caſibus permittendis prӕcipimus cuſtodiri, eſt enim ſuper his ita urgens abuſus, vt pro rei grauitate, & quam erga Dei cultum debemus prӕſtare

ſollicitudinem,

ſollicitudinem, nunquam ſatis ad eam rem cautum videri poſſit.

Mecanici labores, & ſeruilia opera, quæ ſeruientibus conueniunt feſtoq; die prohibentur à media nocte feſtum præcedente per horas viginti quatuor ab omnibus uitari debent. Si à ſeruis operarijs, ſiue filijs familias illa agi contingerit eorũ Domini, magiſtri, ſiue patres reſpectiuè pœnas luent arbitrio noſtro facti qualitate penſata.

Iuditiorum ſtrepitus his conquieſcat diebus, nec Iuramenta præſtentur niſi in caſibus à Iure permiſſis.

Non exponatur his diebus quicquam venale, nec per loca uendenda circumferantur, minus uendantur, etiam quod libri, imagines, & alia eius generis ſint.

Non Comediæ, ludi Schenici, uel Theatrales, & alia cuiuſuis nominis inania ſpectacula agantur.

Circulatores, & id generis nebulones præſtigias ſuas feſto non agant, etiam prætextu uendendi, quæ medicationis gratia dicunt afferre.

Exactiones quæcunque cum miniſterio exequutorum iuſtitiæ, feſtis diebus non agantur.

Molendina priſtinorum feſtis diebus ne molant.
Ea verò molendina quæ aquis, uel vento molunt à mane diluculo vſque dum Miſſarum celebritas ſit abſoluta, & molere, & ianuam apertam habere prohibentur.

Vt autem hæc, & ſimilia pro feſtorum dierum obſeruantia uitentur, Parochi crebro populos hortentur, moneantq; ex his potiſſimum publicis peccatis maximè ubi de cultu agitur

Diuino, iuſtiſſimam Dei iram in populos excitari.

Curent præterea, vt ſancto Miſſæ Sacrificio fideles interſint, neç prætextu conſuetudinis puellas nubiles, & viduas ſaltem poſt menſem à morte Viri deçernimus excuſari.

Parochorum etiam cura ſit, vt Lytaniarum, Proceſſiones cum exercitio Doctrinæ Chriſtianæ, alijsq; pijs exçitationibus, feſtis diebus agantur, ut ijs fideles occupati, à profanis actionibus abducantur.

Canonum autem indulgentia, ad vitam humanam ſuſtentandam, publicasq; neceſſitates leuandum, hæc, quæ ſubijçimus feſto tollerantur.

Res commeſtibiles ad uſum illius diei minutatim uendi permittuntur, panis, bellaria, oua, lacticinia, fructus, olera, & cætera huiuſmodi, quæ ſi ad dies aſſeruarentur, facilè poſſent corrumpi, non tamen ante, uel propè Eccleſias ea emant.

Pro ægrotorum neceſſitate aromatarij, & piſtores ad uiatorum commoda in prohibitione non comprehenduntur, modo officinas clauſas, portello tantum patente, retineant.

Pro viatoribus quoque poterunt fabriferrarij equis, muliſuè ſoleas ponere, & aptare.

Nec prohibetur Tonſoribus in ſuis officinijs adeſſe, portello ſimiliter aperto, vt ad ſanguinem mittendum, medendumq; dum opus erit præſto ſint, nulli tamen, nulloq; loco, feſto tempore tondere, aut lauare licebit.

Nec fas ſibi eſſe quiſquam intelligat, vetita feſto die age-

re ex eo, quod cauſa aliqua ad agendum, iuxtà propriæ electionis conſilium impellatur, ſed re ad Vicarium Noſtrum ſiue ad loci Archipresbyterum in Diœceſi delata, licentiam eorundem obtineat.

Prudenter tamen, ac ſobriè in facultatibus his decernendis, quæ gratis concedentur procedatur.

Sciant propterea Archipresbyteri, ubi neceſſitas urgebit, ſiue ſuadebit pietas, ac publica utilitas exiget, in his tantum caſibus indultum ſibi datum extendi.

Vt poſt Miſſæ Sacrifitium, cui vnuſquiſque interſit, meſſis tempore, quæ illi ſint neceſſaria fiant, frumenta uentilentur, Commutentur, purgentur in Area, idemq; de feno, & palijs permittant.

Vt frondes pro animalibus, quæ his indigent colligantur, ad domicilia deferantur, & frondentur, herbæq;, ut pro bobus metantur concedant.

Fructus quoq;, vt colligãtur, & ad domũ aſportẽtur, etiã quod caſtaneæ, glãdeſuè ſint ſi neceſſitas poſtulauerit tollerẽt.

Vindemiæ tempore ſi dilatio ad nõ feſtum diem nocere poteſt, ut poſt veſperas, uel ſaltem maxima urgente neçeſſitate poſt Miſſarum celebrationem, ut uindemietur etiã patiantur.

Lina à fluminibus extrahi, cum de ipſorum incremento dubitatur, item frumenta, fena, paleæ graui urgente periculo reponi indulgeant.

Permittere etiam poſſint calcemlatores coquere, ſi ante diem feſtum ea ſint opera capta.

Pro ædifitijs pauperum Eccleſiarum, ligna, ſaxa, calcem,

& eius generis ad fabricandas Eccleſias gratis adduci poſſe permittant.

Cætera autem, quæ de feſtis cuſtodiendis, priori Synodo, & Edicto noſtro ea de re impreſſo cauentur ad præſcriptum Tridentini Concilij, & Conſtitutionis Pij V. quæuè in alijs ſacris Canonibus, & Prouinciali Concilio prohibentur innouata cenſeantur propoſitis pœnis in eiſdem præſcriptis, & alijs arbitratu noſtro pro qualitate culpæ imponendis; Archipresbyteri tandem ſingulis tribus menſibus, nos certiores faciant, an feſta ad præſcriptam formam cuſtodiantur, ſi contra tranſgreſſores egerint, qualiter proceſſerint quidue loco mulctæ exegerint, ut pijs locis arbitrio noſtro ſtatī applicetur.

DE PAROCHI STVDIO IN DOCTRINA Chriſtiana docenda.

I*NTELLIGENT Parochi, quam grauis, & neceſſaria ſit Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutio, ſi finem recenſebunt, quo dirigitur ad fideles ita inſtituendos, vt Chriſtianas virtutes amplectantur, exerceantq; in dies ad gratiam, & perfectionem conſequendam, qua Deo placere poſſint.*

Curet propterea Parochus vnuſquiſque, ut infra quindecim dierum ſpatium ab huius Synodi promulgatione, præcepto ſuperioris Synodi omnino ſatisfaciat, quemadmodum alias monitionibus, & præceptis edximus ſæpius in conſtituenda Doctrinæ Chriſtianæ ſocietate, nam deſignato loco

opportuno,

opportuno, aliįsq; congruè diſpoſitis, noſtras his ſtatim dabimus literas pro legitima erectione huiuſmodi cum communicatione indulgentiarum, quas Pij V. & Gregorij XIII. elargitione in Doctrinæ Christianæ ſodalitatibus, præter alias, quas Gregorius XIIII. nobis poſcentibus, pro ea re indulxit.

Nec Parocho ſatis erit pueros tantum his ſodalitatibus habere deſcriptos, ſed curabit omni ſtudio, ut tum mares, tũ fœminæ cuiuſuis conditionis, ſtatus, etiã in illa deſcribantur.

Deſcribantur hi potiſſimum cum Doctrinæ inſtitutum in Eccleſia exercentur.

Neque in docendo tantum fidei rudimenta Parochus incumbet, ſed ut uitia uitentur, & ad pietatem, & uirtutes ſectandum, frequenter confitendum, & quomodo confiteri debeant fideles edoceant.

Præmoneat ſemel in menſe fideles de indulgentijs quas conſequuntur, qui in Doctrinæ Chriſtianæ exercitio uerſantur., uel alias occupantur, ſed in Dominica Quinquageſimæ tranſumpta indulgentiarum ſolemni proceſſione peracta publicent, horum exempla in fine conſtitutionum habebunt.

Vt autem fideles ad id frequentius confluant, Parochus à prandio Eccleſiam adeat, & dato campanæ ſigno Clericos, vel alios ſibi ad doctrinam docendam adiutores conuocet, inde ſimul præcedente uexillo Doctrinæ Chriſtianae, & tintinnabulo pulſante litanias aliquando, multoties Symbolum, uel Orationem Dominicam, ſiue Salutationem Angelicam, & eius generis orationes, per loca Oppidi decantando quotquot inuenerit, ut ad Eccleſiam conueniant piè hortetur.

Cum

Cum ad Eccleſiam peruenerint, facta aſperſione aquæ benedictæ, & adoratione ante ſanctiſſimum Sacramentum, (quod vt religiosè fiat ſimplices ſunt præmonendi, & inſtituendi) caput aliquod Doctrinæ Chriſtianæ præſertim, quod ad fidem pertineat pueros Parochus doceat, idque alternatim, ut recitent curabit, tum ex recitatis idem Rector breuiter, ſed fructuoſe, quæ magis ad audientium utilitatem, & ad pietatem conducere arbitrabitur explanabit. mox, uel ſancti uitam cuius dies agitur uel Glorioſæ Virginis miraculum aliquod ex authoribus probatis leget, ſæpius tamen peccatorum grauitatem, fœditatemq́; & mala, quæ ex inde proueniunt grauibus, ſed feruentibus uerbis annunciet, de frequenti peccatorum Confeſſione habenda, & ſacra Communione percipienda, & qualiter rectè fiat tractatum habeat.

Vbi plures ſunt Curati, alter per turnum hæc agat, ſed omnes conueniant, ſeque mutua charitate faueant, & adiuuent.

Cum aliquando à prandio concio habebitur, ita Rector Doctrinæ Chriſtianæ exercitium diſponat, ne id, uel Concio intermittatur, ſeque impediant.

Societates verò in Oppidis conſtitutæ, quæ à Ciuitate non longè diſtant, ſocietatem in Eccleſia Metropolitana de mandato noſtro erectum, proceſſionaliter quo ordine inferius deſcribetur uiſitabunt, ibiq́; à Cappellano Ciuitatis, & præfecto ſocietatis ijs loca diſponantur, & ad exercitia doctrinæ breuiter agenda, (Nobis, uel Vicario Noſtro præſen-

tibus;

ſibus, mutuò, ac benignè ſe habeant.

Poſtremò ad rectam huius inſtituti ſanctam progreſſionem, cum literas erectionis ſocietatis à Nobis Parochus obtinebit, etiam capitula ad id confecta recipere, & exequi non omittat.

Archipreſbyteri uerò, & teſtes Synodales, ſingulis menſibus Nobis ſignificabunt, an his decretis, ut conuenit pareatur. Quæ omnia, ut ſedulò accurateq; ſeruentur enixè monemus. Parochi uerò harum, & aliarum noſtrarum monitionum memores, grauisq; ſuper id Concilij Tridentini præcepti, & rei ipſius uis, caueant, ne quicquam horum exequendum prætermittant alias penes, & cenſuras arbitratu noſtro ſubibunt.

DE LVDI MAGISTRIS.

QVI Ludimagiſtri munus obibunt curent, ut quæ in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. præſertim de Chriſtiana Doctrina docenda ſunt præcepta cuſtodiant, & obſeruent. Nec minorem in moribus, & ſalutaribus præceptis, quã in literis diſcipulos erudiant.

Clerici uerò munus hoc non exerceant, niſi ſcripto à Nobis, uel Vicario noſtro id agendi facultatem obtineat. Ea uerò concedatur facultas, proſpectò prius de moribus, & vita eorundem, & poſtquam fidei profeſſionem emiſerint, ad quam fidei profeſſionem etiam laici pro eo mune-

re exercendo teneantur, quam Vicarius Noſter non recipiet antequam teſtimonio Parochi vita, & mores Ludimagiſtri commendentur.

Quæ ad id Clericis datur facultas, caueant ne in Eccleſijs, ſeu Cappellis munus prædictum exerceant.

Ne pueros, qui in diſciplinam certa conuenta mercede traduntur, Clerici Ludimagiſtri domi retineant, ſeu alant.

ANIMADVERTENDA A PAROCHIS ſuper Chatechiſmi lectione, & ſermone habendo.

C*HATECHISMI lectio, ac ſermo ſpiritualis feſtis diebus, iuxta ſacrorum Conciliorum, & ſuperioris Synodi noſtri præſcriptum, ſicut cura Rectorum præcepta eſt ne ommittatur, ita ut breuis ſit ea actio, quartum horæ non excedens, ne populis ſint tædio, nunc edicimus.*

In Eccleſijs, quæ plures habent Rectores, ea ſtruetur ratio, ut cui Miſſam die feſto decantare contigerit, munus Chatechiſmi, ſiue ſermonis pro ea die non incumbat, ſed per turnum inter Rectores actiones huiuſmodi diſponantur.

Meminerint Rectores, ne Chatechiſmo, uel ſermoni quicquam interponant, quod illis non pertineat, minus cõtrouerſias, quas forte cum populo habent, eo in loco recenſeant, uel de aliquo inibi conquerantur, ſicut alias edicto

cauimus

çauimus, nam grauiter in eos, ſi contra fecerint agemus.

Cum feſta ſunt denuncianda, aut Matrimoniorum monitiones habendæ, ſiue alia publicanda, antequam ſermonis, vel Chatechiſmi ſit exordium idem tantum, qui ſermonem habebit denunciet.

Inſuper Rectori, hebdomadario, qui iuxta præſcriptū modum pro uice ſua, hebdomadæ ex Eccleſiæ conſuetudine curam gerit, teneantur etiam Rectores alij portionarij in adminiſtranderum Sacramentorum neceſſitate, aliarumq; in Eccleſia functionum, libentem, ac promptam opem ferre, & pro eiuſdem curæ ſtato tempore, ipſi hebdomadario ſubordinati eſſe, ſine tamen ullo propriæ dignitatis præiudicio. Non enim ex hebdomadarum eiuſmodi diſtributione inter Rectores, ab ijs cenſendum eſt ſublatum onus, & in illum ſolum reiectum, qui hebdomadæ curam gerit.

QVAM PAROCHI PRAESTABVNT diligentiam in ſtatu Parochiæ cognoſcendo, & ad animarum curam rectè gerendam.

DILIGENTER agnoſce vultum pecoris tui, & ſuper greges tuos conſidera, ſcriptura ad animarum Curatos reſpiciens præpoſita clamat ſententia; ea duo potiſſimum continentur, reſidentia nimirum, & uigilantia, qua gregem paſcant, & regant.

Per reſidentia à Curatis, & Diœceſis noſtræ haben

da iuxta Canonicas ſanctiones iam opportuna cauimus, & decreuimus; quæ denuo, ut ſeruentur innouamus.

Vt autem hæc ad Dei Gloriam, & animarum ſalutem utiliter impendatur, recenſeant ſæpius Curati, quam graue ſuſtinent onus, quo ſtricto Iure ligantur in reddenda ratione de animabus omnibus, & earum qualibet, quæ ſuæ ſunt curæ commiſſæ; & eius rei vim maiorem intelligent attendentes, quod hæ non corruptibilibus auro, & argento, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati ſummo conſtant paſtori.

Nec recogitare ommittant, quod pro recta animarum cura non ſatis erit feſtis tantum diebus celebrare, & ſacramenta dum petuntur miniſtrare, ſed maiori ſtudio, exactiori diligentia Gregi præeſſe opportet, mores cuiuſq; inueſtigando, ut confractas oues conſolident, pingues cuſtodiant, quouſque ad paſcua æternæ uitæ perducant.

Librum propterea conficiant ſtatus animarum iuxta alia à Nobis Decreta edita, in quo omnium, qui de eius Parochia ſunt, ſiue in ea degunt, uel aliàs ad eam de recenti aduenerint nomina, cognomina, ſexum, ætatem, & ſtatum referant.

Is liber ſingulis annis renouetur, uel qui de nouo aduenerit deſcribatur.

Ab utraque parte marginem albam contineat, ut in priori ætatem, confirmationem ſuſceptam, communicabiles, & quos rudimenta Fidei, vel eorum aliquod litera id exprimente demonſtret. Ab altera parte ſtatum

cuiuſque, & an is in aliquo publico peccato, defectu, aut ſcandalo viuat, ſignificet, quod totum appoſita inferius forma docebit.

Ad ea omnia inueſtiganda, bis in anno Curatus ſtatum ſuæ Parochiæ uiſitabit hoc eſt poſt feſtum omnium Sanctorum, & Aſcenſionis Domini, celebritatem.

Cumq; Zelum Dei ad id præſeferat, & proſequatur, illud, ut ſumma prudentia, ac manſuetudine ornet, & contegat neceſſe eſt, ut finem, qui prætenditur conſequatur, & populi eam actionem, nec grauem, nec moleſtam intelligant.

In viſitatione huiuſmodi Curatus ſtatum cuiusq; de Parochia perquirat, tum eos, tũ alios probos interrogãdo.

Si fidei rudimenta percallent.

Si in aliquo exiſtant publico peccato, aut proxima occaſione ad illud, ſiue alias de fide ſuſpecti habeantur?

An aliqua in re populis ſint ſcandalo.

An odia, inimicitiasue recuſent reconciliare cum proximis?

Si fraudem committunt in officijs, quæ exercent.

Si publicis oneribus re ipſa non ſubſunt, pro ut iura ciues alligant?

An in Paſchate communicauerint, & extra id tempus ſacram Communionem frequentent?

An Feſtis diebus Miſſæ officio interſint?

An qui in ſilis degunt aliquo tempore, ut confiteantur ad oppida ſe recipiant, uel alias ſaluti eorum ſit cõſultum?

An

An publica reſtitutione obnoxij eam abſque neceſſitate differre, & præſtare recuſent.

Ex his, & ſimilibus, quæ repererit corrigenda eodem in libro Curatus referat iuxta præpoſitam formam.

Sed caueat, ne cuiquam librum, uel eius exempla oſtendat tradatue.

Poſtremò eos ad Religionem, deuotionem, & pietatem ſectandam, moneat.

Vt alicuius ſancti patrocinio, ſe, & familiam cuſtodiendos tradant hortetur, illiq; obſequium præſtent, ſed eius ſancti feſto die, quem Patronum elegerint, aliquod pietatis opus præmiſſa peccatorum confeſſione in ſancti memoriam, & Dei exerceant.

Vt in ſero familia tota locum domus adeat, ac conueniat, quem primus de familia deſignauerit ad orandum, Deoq; ſe, & ea die geſta offerendo, utq; perſeuerantem in Dei timore, & Chriſtianæ diſciplinæ famulatum eis concedat.

Porrò ipſo die, quo hæc Curati agebant, Miſſæ ſacrũ facere non omittant pro agendorum recta functione.

IN SACRAMENTORVM ADMINIſtratione aduertenda.

QVAE alias cauimus pro exequutione Decretorum ſuperioris Synodi noſtræ, ſeruanda omnino præcipimus, nè confeſſarij quicquam à pœnitentibus recipiant

piant in Confeſſionis actu, uel circa illum, etiam ſi ex ſpõtanea largitione procedat.

Cum Domi Sacramentum pœnitentiæ miniſtrant infirmis, præter ea, quæ eadem Synodo ſunt conſtituta ſuperpellicio, & ſtola induti confeſſarij ad id permaneant, & demum cedulam infirmis relinquant, qua de ſacramento miniſtrato teſtentur.

Pœnitentias ſi quando pecuniarias uidebunt imponendas, uel pro celebratione Miſſarum, caueant, ne ſibi applicent, nec conſignari præcipiant, neue illas diſpenſandi munus ſuſcipiant, etiam prætextu, quod hi Miſſas huiuſmodi uoluerint celebrare.

Incertorum ablatorum reſtitutiones ſciant Confeſſarij facultatem ſibi non eſſe diſtribuendi abſque noſtro permiſſu ſpetiali.

Quos ad annum peccata confiteri differre repererint, cauti ſint Parochi, ne ad ſacram Communionem eadem uel ſequenti die, quo confitentur admittant.

Illud inſuper diligenter, accurateq; Parochi exequi non ommittant, ut ſæpius, uel ſingulis diebus dum opportebit fines ſuæ parochiæ perluſtrent inueſtigando, an infirmi adſint, quos etiam non uocati uiſitent, ſacramentaq; ijs miniſtrent, tum breuibus, ſuauibus, ac ardentibus uerbis eos ad uitæ æternæ deſiderium excitent; frequenter, etiam miniſtratis ſacramentis, accerſint, in Domino conſortent, & ad ſpem Diuinę Miſericordiæ concipiendam hortentur, & muniant. Cum infirmitatis ea ſit uis, ut

exitus

exitus ægroti uerisimiliter expectetur, ad illius animæ cõmendationem, quam poteſt maxima, intima animi pietate incumbat Parochus, preces ad id recitet in rituali præſcriptas, utq; domeſtici, qui adſunt idem præſtent, agat, nec ab eo omniq; alio pietatis officio deſiſtat, quoad vixerit ægrotus, niſi pro alijs parochiæ muneribus exercendis, breui abeſſe opporteat, relicto alio pro eo tempore, qui uices ſuas illo in munere ſuſtineat.

Si quem publicè excommunicatum, aut alias præciſum in mortis articulo Parochus, uel Sacerdos abſoluerit, caueat, nè illum ſepultura traddi permittat, antequam ſuperior adeatur, qui pro fori exterioris, & partium indemnitate, comperto de abſolutione huiuſmodi ſatisfacere faciat competenter, decernatq; illum abſolutum deceſſiſſe, & amotis çedelonibus, pro eo orandum, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ fore tradendum.

Articulus mortis, çum is proprie intelligatur, in quo mori probabiliter timetur, prudenter, & cautè ſuper hoc erit agendum, nam ſicut, tunç omni Sacerdoti abſoluere fas eſt, à quibuſuis caſibus, & cenſuris reſeruatis, ita qui extra articulum huiuſmodi pœnitentes abſoluere præſumeret çenſuram incurreret, & inanem redderet actum, iuxta ſacræ Congregationis declarationem de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ editam.

Cumq; hanç Sacramenti pœnitentiæ tractationem, ad animas Deo conciliandum, peccatorumq; deſtructionem inſtitutam, deceat, qua poteſt maxima haberi ſollicitudine omniq;

ne omniq; animi puritate: Parochus ſi qua hora ad hoc Sacramentum miniſtrandum fuerit uocatus, ſtatim pro ſui offitij functione non acceſſerit, ſciat grauem apud Deũ culpam admittere, & alias arbitrio noſtro fore puniẽdũ.

Dum autem actu Confeſſarius quicunque huic actioni incumbit, extra ſedem Confeſſionalis mulieres præſertim non audiat, neque de alia re ibi ſit ſermo, qui ad ſacramentum iſtud non pertineat. Sed quod nefas eſt cogitandum, & à tanto ſacramento alienum, quodq; optamus, & credimus nunquam futurum, caueat Confeſſarius quiſquis ſit, ne pœnitentes ad aliquod malum agendum, ſiue ad turpia, & venerem, cum ſe, uel alijs tactu, ſignis, uerbis, uel aliter prouocauerit, pœna ſuſpenſionis, ab audientia confeſſionis, nec non à Diuinis, & priuationis Beneficiorum ipſo facto incurrenda expreſſe adiecta, præter alias graues temporales pœnas, quibus in contrafacientes, uti uehementer de fide ſuſpectos ex Canonicis ſanctionibus, & Prouincialibus Concilijs, ac etiam arbitrio noſtro imponendas, & declarandas agemus.

Sacram Communionem Parochi non præſtent illis infirmis, qui ieiuni non ſint, etiam quod medicinæ cauſa aliquod ſumpſerint, ſi iuxta medici conſilium ad ſequentem diem ualent expectare, ſi ieiuni communicent.

Sacerdoti autem etiam, ut conficeret pro miniſtranda communione infirmis, uel ad ſcandalum uitandum, omnino interdicitur celebrare non ieiuno.

Qui uerò infirmi ex aliquo accidenti communicari nequeunt, nec ijs ſacram Euchariſtiam deferri uolumus, prætextu, quod deuotionis affectu illam uellent adorare.

Dum extra Miſſæ actionem commun.io præſtatur, ſit omnino uas ſaltem uitreum cum aqua, ubi digitos Sacerdos abluat, qui Euchariſtiam tetigerit, & purificatorio, quo vas contegatur abſtergat; ipſaq; ablutio decenti loco aſſeruetur, & à Sacerdote proximè celebraturo, poſtquam ſanguinem perceperit reaſſumatur.

Quod alias decreuimus innouamus, ut mares à fœminis ſeparatim communionem percipiant.

Sicut ijs, qui ſunt publico ſcandalo, & peccato detenti, iure communio denegari debet, ita præcipimus, ne ijs præſtetur, qui compoſito habitu non accedunt, tales ſunt homines accedentes, cum armis, àuibus, plumis, & alijs inanibus rebus. Item mulieres accedentes cum riccis, fucis, in aures habentes, collinuda, monilibus protegentes, aut alijs vanis ornamentis compoſita, quod pariter in Sacramento Pœnitentiæ ſeruandum præcipimus. Vtq; exequatur, & mulieres capite uelato accedant. Parochi antequam hæc ſacramenta miniſtrent, populos moneant. Eos etiam, qui proprio Parocho non ſunt confeſſi, à Communione, præſertim tempore Paſchali is arceat, ſi ſibi ſcriptam cedulam alterius confeſſarij approbati non detulerint, de confeſſione illi facta teſtantem, quæ per dies duos ante ſuſcipiēdam Communione exhibeatur, ut Parochus, an illa uera ſit, in dubio poſſit perquirere.

Omnium

Omnium autem nomina, qui in Paſchate præuia peccatorum confeſſione non communicauerint, ſcripto, & ſigillatim Parochi nobis ſignificent, infra decem dies, poſt Dominicam, quæ in albis appellatur.

Nec intelligant Rectores, alijq; Confeſſarij ſibi ſuſpenſam facultatem audiendi confeſſiones eorum, qui uti non confeſſi, fuerunt ſcripto huiuſmodi ad curiam delati, ac etiam de eius mandato citati, ſi in termino apud citationem præfixo id præſtiterint, infra quem terminum de adimplemento debeant Curiam certiorare. Abuſum, qui in aliquibus Diœceſis partibus, non abſque ſuperſtitionis adminiculo inoleuit, quo quidem nequeunt, ac artibus, ſeu inanibus excuſationibus efficiunt, ne infantuli baptiſmi lauacrum Baptiſmali fonte in propria Parochiali ſuſcipiant, pœnitus tollentes, edicimus, ut Parochi in propria Eccleſia infantes baptizẽt, niſi aliud neceſſitatis cauſa ſuadeat.

Nec pompis induti infantes ad Baptiſmum ſuſcipiendum deferantur, cum illis mox ſint expreſſim renunciaturi.

Vbi cõtingerit Matrimonia contrahi inter huius Diœceſis ciues, qui tamen, diuerſarum parochiarum exiſtũt, in Parochijs amborum publicentur, ſed Parochus, qui Matrimonium celebrabit, habitis atteſtationibus, à Rectore alterius coniugis, quod factis tribus monitionibus, nullum adeſt. ad legitimè contrahendum impedimentum, poterit abſque acceſſu ad Curiam noſtram, ad

vlteriora procedere, iuxta Concilij Tridentini præſcriptum, ſi modo atteſtationes huiuſmodi legitimæ fuerint, & aliqua non indegeant recognitione, neque dum ſponſus domum ſponſæ ante benedictionem ingreditur, minus vbi auditur Matrimonium conſumatum, abſque licentia Curiæ noſtræ licebit.

Matrimoniorũ monitiones, quæ intra Miſſarum ſollemnia diebus feſtis fieri, præcepto Concilij Trid. cauetur, ſignificentur quoque cœdula manu Curati deſcripta, ad Valuas Eccleſiæ curatæ, & Monaſteriorũ Regularium, ubi adſunt, affigenda, ut plenius innoteſcant.

Vbi tempore ſacr. Aduentus, & Quadrageſimæ Matrimonia contingerint celebrari, curent Parochi, ne traductio ad Domum, neue alia agantur, quæ eo tempore fieri Eccleſiæ ritu, prohibentur.

QVAEDAM AD CLERICORVM VItam, & functiones attinentia.

DOCTA, nec recens ſanctorum Patrum ſacrorumq; Conciliorum reliquit auctoritas, eos, qui in ſortem Domini uocati, ad Eccleſiæ quoq; decus, & miniſteria conſtituti, quos Clericos appellamus, uitã eâ debere traducere, mores ſuos ita componere, ſicut miniſtros decet miſteriorum Dei.

Hi profectò ſi eorum memores dignitatis, & ad quod munus Deus illos elegerit recenſerent, ſcurilia, & quæ ad rem non pertinent non proferrent, qui legem Domini die, noctuq;

noctuq; meditari, & in eorum faucibus uerba Diuina reſonare debent; Nec in plateis, & publicis Artificum officinis permanerent, cum ex officio, quod ſuſtinent, vt medij ſint inter Deum, & populum ad Diuinam ultionē, quam iuſtè pro peccatis mœremur euertendam redimentes tempus quoniam dies mali ſunt, oporteat laborare; Hæc igitur, & cætera quæcunque de uita, & honeſtate Clericorum ſtatuta, à Tridentina Synodo innouata, etiamſi corū aliqua in deſuetudinem abijſſent, ut ſedulo cuſtodiantur præcipimus, & mandamus.

Inſuper Præsbyteri, & Clerici etiam prima Tōſura initiati, diebus feſtis, tum matutinis, & ueſpertinis officijs, tum Miſſæ cantatæ interſint ſuperpellicijs mūdis induti, pſallentes, & canentes in Eccleſijs, ubi reſpectiuè ſunt adſcripti, iuxta primi Conc. Prouinc. Cōſentini Decreta.

Quæ verò de celebratione Miſſarum à Curatis, & alijs Sacerdotibus Synodus alias præſcripſit, & de cōmunione percipienda à Clericis, & alijs in Diuinis miniſtrātibus, ut ſedulo ſeruentur, edicimus; Sed ubi his non pareatur decretis, Archipresbyteri, & Vicarij Foranei pro ſecunda uice uelint à contrafacientibus edoceri, an impedimentum, uel contemptus id cauſæ fuerit, tertia autem vice Nobis omnino contrafacientes ſignificent. At vltra progrediente inobſeruantia, abſque eo, quod à Nobis aliud reſponſum, uel reſcriptum obtineant, de contrauentione huiuſmodi, informationem ſcripto habeant, & Vicario noſtro tranſmittant.

In

In Archipresbyteros, & Vicarios, teſtes Synodales præſcripta forma agant, & procedant.

Elemoſinæ, quæ pro celebrandis Miſſis ex Defunctorũ, ſeu alias in ultima uoluntate relictis ad eam rationem de cætero perſoluantur, ut pro qualibet Miſſa decem grana Sacerdoti ad minus dentur.

Clericales veſtes, & tonſuram conſpicuam, iuxta cuiuſque ordinis gradum, continuè geſtent, ad præſcriptum ſacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionũ.

Manicas non alio, quam nigro colore deferant.

Pileis non utantur per Ciuitatem, & Oppida, niſi pluuiali tempore, uel dum nimij calores urgent, nunquam uerò in Eccleſijs, præſertim in Choro.

Arma non deferant, ecceptis neceſſarijs cultellis ad domeſticos uſus abſque cuſpide. Eorum autem genus armorum, quod etiam non Clericis quauis lege prohibetur, nec Clericis Domi habere permittitur; poterunt tamen defenſionis cauſa, ea Clerici domi retinere, quæ alia lege non ſunt prohibita. In itineribus uerò præſertim ſuſpectis in locis, permittitur ſocios laicos armatos deferre, armis non prohibitis, ſi modo hi non contumaces, uel alias delinquentes fuerint, & extra loca habitata, & Eccleſias. Pugiones uerò, ac paruos ſclopettos, & deferre, & domi habere, Clericos, quouis hi nomine cenſeantur prohibemus, pœna in Conſtitutione Pij IIII. expreſſa in contrafacientes adiecta, & alia arbitrio noſtro imponenda, & declaranda.

Mulierum

Mulierum inhoneſtarum loca non accedãt, illarumq́; omnem conſuetudinem, tam domi, quam extra, etiam ualetudinis, uel ſeruitij cauſa, ſine noſtra licentia eiſdem interdicimus.

Contumaces noſtræ, uel alterius Curiæ, domi non retineant, minus ad Eccleſias, uel loca pia, eos, aut delinquentes quoslibet, ſiue debitores in fraudem creditorum admittant, iuxta, quod ſacra Congregatio de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri ſæpe reſcripſit etiam à Regularibus ſeruandum.

Poſt ſecundam noctis horam, nulli Eccleſiaſtico per Ciuitatem, & Oppida Diœceſis incedere permittitur excepta cauſa neceſſitatis, præſertim præſtationis Sacramentorum, & tunc lumine accenſo, & habitu Clericali detento.

Hæc autem, & cætera, quæ Canonum Iure, & prouincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus ſunt ſtatuta, ut ſeruentur, primò, ſecundò, & tertiò monemus. Quod ſi ſecus actum fuerit, eiſdem Canonicis pœnis, & alijs pro modo culpæ, & perſonæ qualitate penſata arbitrio agemus.

AD DIVINORVM OFFICIORVM, ET ſpiritualium munerum pertinentia quædam.

SPIRITVALES *actiones quæcunque ad debitum cultum Deo reddendum, Diuinamq́; iram placandam, & gratias poſcendas, ex Romanæ Eccleſiæ*

inſtituto

inſtituto peragantur. Qui ad Diuini officij recitationem tenentur, de cætero non aliud ſibi comparent, Breuiarium, niſi mox iuſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ VIII. reformatum, & editum.

Choro lege quauis adſtricti, ſuperpellicijs mundis conueniant, & in ſigna deferant, qui horum uſum habent, iuxta quod Conſtitutiones, uel alia data indulta præſcripſerunt, rationesq; ſeruent, quæ præ recta in Choro functione Concilijs Prouincialibus ſunt conſtituta.

Qui in aliquo prædictorum offenderit, quidué dum officium in Choro recitatur, priuatim orationes, uel officium recitat, aut non pſallit. diſtributiones illius horæ ammittat, item ſi acceſſerit poſt Hymnum Inuitatorij, poſt ultimum Kyrie ad Miſſam, & expleto primo Pſalmo ad Veſperas.

Pœnitentiarius, & Confeſſarij pro eo tempore, quo ſacramenta miniſtrant, præſentes in Choro cenſeantur, non autem dum Miſſas celebrant, aut priuatim officium dicunt, etiam vt opportunius illis muneribus incumberent.

Proceſſiones dum fiunt, omnes recta Crucem proſequantur nullibi per uiam ſiſtant, cum aliis ad colloquendum, uel aliud agendum, quod illi actioni non conueniat.

Nullę ſupplicationes, ſiue Litanyæ publicè, aut in Congregationibus, & Oratoriis habeantur, præter eas, quæ in Pontificali, Miſſali, Breuiario, & Rituali Romano ſunt præſcripta, & in Domo Lauretana decantari ſolent.

tari ſolent, iuxta Sanctiſſimi Domini Noſtri Decretum ea de re editum.

Dum proceſſiones, etiam funerales habentur, Confraternitates Eccleſiam illam conueniant, vnde Clerus ſecularis egredietur.

Benedictiones, quæ circa feſtum Paſcha in Domibus ex ritu Eccleſiæ cum aquæ benedictæ aſperſione fieri ſolent, Parochi tùm Vrbis, tùm Diœceſis noſtræ nõ omittãt, ſeruatis his, quæ ꝓ ſſũali, & recta illius funtione in fine decretorum Synodalium animaduertenda tradidimus.

Poſtremò hæc, quæ breuiter Synodus præſens amplectitur, ſicut ad Chriſtianam diſciplinam tuendam conſtituta ſunt, ita per omnia ſeruari, primò, ſecundò, & tertiò paternè monemus, pœna adiecta ijs, qui contrafecerint pro modo culpæ, arbitrio noſtro imponenda, & moderanda; In his.n.ea eſt mens, vt moderatis moribus, exceſſus ſint procul, cultus augeatur Diuinus, ferueſcat Deuotio, & ſecundum propoſitum Fidei operantes, expectemus beatam ſpem, quam diligentibus ſe repromiſit Deus, ad cuius gloriam hæc omnia diriguntur, & correctioni S.R. E. ſimul ſubijciuntur.

Tum fuit rogata Synodus per hæc verba.

Rev. Viri Capitulum, & qui huic Synodo conueniſtis, placent ne vobis omnia, quæ eadem Synodo traddita, decreta, & conſtituta ſunt?

Reſponderunt omnes

Placent.

E ACTIONES

ACTIONES SYNODALES, TRIBVS diebus abſolutæ, iuxta Pontificalis Romani præſcriptum proceſſerunt.

Fuerunt publicata hæc decreta Concilij Trid. vz.
Cap. 2. ſeſſ. 25. de reſor.
Cap. 1. ſeſſ. 6. & cap. 1. ſeſſ. 23. de reſor.
Cap. 18. ſeſſ. 24. de reſor.

FVERVNT PROPOSITI INFRASCRIpti Examinatores.

RR. Antoninus Donatus Cantor *Ioſeph Ruſſus Canonicus*	*Metropolitanę Eccleſiæ.*
Raphael de Leone V. I. D. Decanus *Mauritius Feræ V. I. D. Archidia.* *Io. Cæſar Roſanitus V. I. D. Cantor*	*Eccleſiæ Collegiata Mōtis Alti.*

Ioannes Baptiſta de Paula V. I. D. Rector S. Sixti.
Ioannes Andreas Ceua V. I. D. Rector Terræ Laçi.
Hieronymus Peſcus Archipresbyter Caſtrionis.
Robertus Cannatarus Archipresbyter Mendicini.
Ioannes Bernardinus Caua Archipresbyter Spetiani Magni.
Fabius Cocus Archipresbyter Paterni.
Qui vero ſuperiori Synodo examinatores ſunt conſtituti etiam nunc propoſiti cenſeantur.
Et rogata Synodo.
Omnes reſponderunt.

Placent.

Plaçent.

Hi ſtatim ſolitum praſtiterunt Iuramentum in manibus Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi.

Fuit publicatum cap. 10. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. & c. ſtatutum de reſcrip. lib. 6.

IVDICES PRO CAVSIS APOSTOLICIS committendis propoſiti extiterunt.

RR. Duraſtantes Puerius Decanus.	*Metropolitanæ Eccleſiæ.*
Franciſcus Piloſius Archidiaconus.	
Antonius Ricciardus Theſaurerius.	
Paulus Mantuanus Canonicus.	
Franciſcus Dattilus V.I.D. Canon.	

Andreas Guerra V. I. D. Clericus Conſentinus.

Beniamin Nicoletta S.T.D. Archipresbyter Mangoni.

Et rogata Synodo.

Reſponderunt omnes

Placet.

Et hi mox conſuetum praſtiterunt Iuramentum in manibus prædicti Illuſtriſſimi Domini.

TESTES SINODALES HI FVERVNT deputati, & conſtituti in Ciuitate Coſentiæ.

Sertorius Ferraus.	*Canonici Eccleſiæ Conſentinæ.*
Marcellus Quinterius.	
Martius Guerra, &	
Ioannes Morſillus.	

In Ciuitate Montis Alti, & Oppidorum S. Sixti, Baccharizzi, & Argentini.

Nicolaus Penna Theſaurerius Eccleſiæ Montis Alti.
Ioannes Baptiſta di Paula V. I. D. Rector S. Sixti.

In Oppidis Paulæ, Fuſcaldi, & Guardiæ, & S. Luciti.

Carolus Pulpæ Rector, & Archipresbyter Terræ Paulę

In Oppidis Rendarum, & Caſtri franci.

Liuius Cornelius V. I. D. Rector Rendarum.

In Oppido Caſtrionis.

Hieronymus Peſcus Archipresbyter.

In Oppido Robeti. & Lappani.

Saluſtius Cornelius Archipresbyter.

In Oppido Zumpani.
Baltaſar de Rende Rector Rouellus.

In Oppido Celici.

Paulus Emilius Nouellus Rector.

In Oppido Spetiani Magni.

Ioannes Bernardinus de Caua Archipreſbyter.

In

In Baiulatione Spetiani Parui.

Lucretius Mancuſius Archipresbyter.

In Baiulatione Pedaci.

Iulius Francus Rector Pedaci.

In Baiulatione Petræfittæ.

Lucas Antonius di Oliuerio Presbyter.

In Baiulatione Apriliani.

Vincentius Vecchius Rector S. Nicolai.

In Baiulatione Filleni.

Perſius Lauall e Rector Planarum.

In Baiulatione Mangoni.

Nicolaus Franciſcus Brancha Rector Mangoni.

In Baiulatione Rublani.

Ioannes Thomas Gallus Rector.

In Oppido Carpanzani.

Paulus Antonius Aragona Rector, & Archipresbyter.

In Oppidis Grimaldi, Altiliæ, & Maliti.

Seruilius Marra Archipresbyter Grimaldi.

In

In Baiulatione Paterni.

Ioannes Baptiſta Verçillus Rector.

In Baiulatione Dipiniani.

Thomas Cozzus Rector.

In Baiulatione Donnicorum.

Petrus Nicoletta Rector.

In Baiulatione Teſſani.

Ottauius Borellus.

In Oppidis Ceriſani, & Mendicini.

Robertus Cannatarus Archipresbyter, & Rector Mēdic.

In Oppido Caroleorum.

Thomas Ruſſus Rector.

In Oppidis S. Fili, & S. Vincentij.

Vinçentius de Florio Archipresbyter S. Felicis.

Ad perquirenda bona Eccleſiarum abſque legitimo aſſenſu diſtracta, vel alias occupata; Illuſtriſſimus Dominus deputauit Commiſſarios, çum facultate, etiam proçeſſus formandi, & inſolidum procedendi vſque

ad

ad ſententiam excluſiuè, & deinde proceſſus formatos ſtatim tranſmittendi Curiæ Archiepiſcopali, & hi ſunt videlicet.

RR. Duraſtantes Puerius Decanus. | *Eccleſiæ Conſentinæ.*
Antonius Ricciardus Theſaurerius.
Ioannes Ceſar Roſanitus V. I. D. Cantor Montis Alti.
Ioannes Baptiſta de Paula V. I. D. Rector S. Siſti.
Marcellus Baronius V. I. D. Rector Terræ Paulæ.
Beniamin Nicoletta S. T. D. Archipreſbyter Mãgoni.

DECLARATIO DECRETI
Quo prohibetur abſolutio à Caſibus reſeruatis.

EDITVM fuit aliàs à Sacra Congregatione S.R.E. Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita. Decretum ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis eius, qui ſequitur tenoris. SACRA Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi D. N. CLEMENTIS PP. VIII. ſpeciali mandato, viuæ voçis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam Secularibus, quam Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confeſſiones audiendas probatis, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum,

etiam

etiam Societatis I E S V, *& generaliter quaruncunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum, ſub prætextu priuilegiorum indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem a Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſecularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias, quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs ad cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quam ſecularis, etiam Regiæ, vel Imperialis ab vllo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per Sanctitatem ſuam, eiuſue Succeſſores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis, nec etiam à Caſibus, quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, uel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua, & ſpeciali Sanctitatis ſuæ, aut Succeſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quo ad caſus ab ipſis tantum reſeruatos reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præſumat, ſed cum opus fuerit pœnitentes ad*

Superiores

Superiores legitimoſque Iudices ſuos accedere conſulant, ſub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quam Secularibus excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabiletatis item audiendi confeſſiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia in poſterum obtinenda ipſo facto, abſque vlla alia declarationr incurrenda: Super quibus a nemine niſi à Romano Pontifice habilitatio diſpenſatiove, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo poſſit impartiri: Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas habери de cætero voluit, & vult non obſtantibus quibuſcunque.

Præterea nouerint pœnitentes abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam nulliusq; roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij quibus ius hoc reſeruandorum caſuum competit plurium, quam opus ſit reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſarijs in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi, monentur omnes, & paucos, eoſque tantum quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſario reſeruandos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fidem &c. Datum Romæ die nona menſis Ianuarij Anno Domini M D C I.

CVM autem dubia quadam ac difficultatem circa eiuſdem Decreti interpretationem atq; obſeruationẽ emerſiſſent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat in quibus caſibus vigore eiuſdem Decreti reſeruatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato eiuſdem S. D.N. Clementis Papæ VIII. ſimiliter viuæ vocis oraculo ſuper ea re habito, ipſum Decretum ita moderatur, ac declarat uidelicet. Sub eiuſdem prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea: Violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis fœl. record. Gregorij XIIII. quæ incipit; Cum aliàs nonnulli. Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. Prouocantium, & pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem fœl. rec. Gregorij Papæ XIII. incipientem: Ad tollendum. Inijcientium violentas manus in Clericos, iuxta Canonem; ſi quis ſuadente &c. 17. q. 4. ac iuris diſpoſitionem. Simoniæ realis ſcienter contractæ. atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, vel in poſterum reſeruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis caſibus dumtaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audieñ. confeſſiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum

in ſua firmitate, & priſtino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſſis, ſuffulti fuerint, poſſe iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, vſu ante idem Decretum receptas, & quæ ſub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum & non alias abſoluere a caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis: alijs verò Sacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi. Sed ne locorum Ordinarij ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnopere admonendos cenſet, vt non paſſim, ſed cùm id videbitur communi bono expedire atrociorum tantùm, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorũ reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem non autem in deſtructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtrorum coarctata poteſtate Sanctæ Matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla die Cœnæ Domini legi cõſueta, contentos neque alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos. Facultatem verò, & licentiam abſoluen. à caſibus reſeruatis, quàm in ſcriptis tantùm concedi permittebatur, etiam ſola viua voce concedi poſſe declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum ſecularium, aut regularũ, ſub prætextu, quod per primum dictum Decretum non

fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus priuilegijs derogatum, eidem Decreto, ſicut præfertur declarato contrauenire audeat, Sanctitas ſua Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus in fauorem quorumcunque Ordinum, ſeu inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum, tam Secularium, quam Regularium editis, necnon eorundem Ordinum, ſeu inſtitutorum, ac etiam Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum ſecularium, ſeu Regularium locorum quorumcunque etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam Mari magno, ſeu Bullæ Aurea, aut alias nuncupatis eiſdem Ordinibus, ſeu inſtitutis, ac etiam Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſecularibus, ſeu Regularibus locis, aut perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet

ſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſio, & forma in illa tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus pro expreſſis habens quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogat, contrarijs quibuſcunque non obſtantibus. Romæ die 26. Nouembris. M D C I I.

Alex. Card. Floren. Epiſc. Præneſtinus.

Hier. Agucchius Secret.

CASVS QVOS SIBI ILLVSTRISS. ET Reuerendiſſimus Dominus Ioannes Baptiſta Conſtantius Archiepiſc. Conſent. reſeruauit.

A SACRA CONGREGATIONE ILluſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium Conſultationibus Prælatorum præpoſita approbati.

1 *BLaſphemia publica, ſiue iniuria illata in Deum, vel Beatiſſimam Virginem Dei Matrem. Blaſphemia item hæreticalis, ſiue publica, ſiue ſecreta.*

2 *Homicidium appenſatè commiſſum, ſiue per ſe, ſiue per aliam perſonam.*

3 *Concubinatus publicus.*

4 *Peccatum Sodomiticum à maribus ſupra ætatem quindecim annorum commiſſum.*

5 Inceſtus

5 *Inceſtus in primo, vel ſecundo gradu, ita vt maſculi tantum comprehendantur.*

6 *Falſum teſtimonium in Iudicio prolatum ſcienter, doloſè, & in præiudicium tertij.*

7 *Falſificatio inſtrumentorum, vel aliarum ſcripturarum, earundemùe vſus in Iudicio.*

CENSVRAE EIDEM ILLVSTRISSIMO Domino Archiepiſcopo reſeruatæ.

1 *EXcommunicantur ipſo facto ſortilegium exercentes cum expreſſa dæmonum inuocatione. Item ſacris oleis ad finem ſortilegij abutentes.*

2 *Excommunicantur ijs, qui ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento abutuntur.*

3 *Suſpenduntur ipſo facto tam à Sacramentorum adminiſtratione, quàm ab ordinum executione quicunque Confeſſarij, qui ſiue in actu Confeſſionis, ſiue propè cuiuſuis ſexus pœnitentes ſollicitauerint, aut cum ſuis pœnitentibus quandocunque peccauerint, exemptis verò ipſo facto cenſeatur adempta noſtra approbatio.*

MODO DI FARE IL LIBRO DEL STATO dell'Anime. quale dourá farſi ogni Anno con le diligenze ordinate nel preſente Sinodo.

Si ſcriuerà nel Prīcipio il Titolo del Libro in q̄ſtó modo.

Libro

Libro del Stato dell' Anime di Parrochiani della Chieſa di Santo N. della Terra N. fatto da me N. Rettore di detta Chieſa nell'anno 1603.

QVeſto Libro conuiene che ſia in foglio, & che in ciaſchedun foglio ſi laſci biancho nella margine da l'vna parte, & l'altra del ſcritto, per poterui notare le coſe auertite nel Sinodo, ſcriuendoſi anco per queſto riſpetto con diſtanza competente l'vno nome dall' altro.

Si ſcriueranno per ordine in detto Libro tutti li Parrochiani, ma diſtintamente caſa per caſa, acciò non reſta perſona da poneruiſi, cominçiando dal Padre di famiglia, & ſeguendo à ſcriuerſi la Moglie, Figli, Serui, Serue, & altri, che foſſero in quella caſa.

In vna parte della Margine biancha ſi ſcriuerà l'età di ciaſcheduno con queſte lettere, An. & ſeguiterà lo numero delli anni in abbaco. Dopò ſi ſcriuerà ſi hà riceuuto il Sacramento della Confirmatione con queſte lettere, Conf. appreſſo ſi è atto per la Communione con queſte lettere, Com. ſi sà le coſe neceſſarie, cioè il Pater noſter, con il P. l' Aue Maria, con A. il Credo, con il C. li dieci Precetti della Legge, con P. L. li precetti della Chieſa, con P. E. A quelli, che ſanno tutte le coſe ſudette, ſe potrà fare queſto ſegno †.

Dall' altra parte della Margine biancha ſi ſcriuerà il publico

blico peccato, ò ſcandalo, che fuſſe in alcuno, ma però ſi auertiſca à non ſcriuer mai coſa che ſi sà per uia di Confeſſione, ma le coſe publiche, con auertirſe di tenere in ſegreto il Libro, & non darne copia, ne farlo uedere à perſona veruna, oſſeruando quanto ſta prouiſto, & auertito nel detto Sinodo.

Forma di detto Libro.

Franceſco N. Patre V.I.D.

An.25.conf.com. † — Vſurario pub.

Catherina N. Moglie

An.17.conf.com.P.A.C.D.I.

Pietro Figlio.

An.18.conf.com.P.A.C.

Cecilia Figlia.

An.6.conf P.A.C.

Andrea N. Seruo.

An.30.conf.com.P.A.C.D.C. — non communicato.

Agata N. Serua.

An.20.com.P.A.C. — concubina con N.

Gioanne N. della Terra N. habitante in caſa del detto Franceſco per più meſi.

An.35.conf.com. † — Inimico di N.

Forma

FORMA DI SCRIVERE LI SCOMmunicati nel Libro â ciò deputato.

N. di N. è ſtato dechiarato ſcommunicato per hauere violato l'immunità Eccleſiaſtica, in eſtraere N. dalla Cheſa di S. N. (ò per altra cauſa che fuſſe,) mediante çedoloni eſpediti da Monſignor Vicario Gen. di Coſenza, ſotto data in Coſenza adi del Meſe di dell'Anno quali cedoloni ſono ſtati publicati, & dopò affiſſi nella porta della Chieſa Parrochiale di S. N: da me N. Rettore di detta Chieſa adi

FORMA DEL LIBRO DI MORTI.

N. di N. è morto adi & è ſtato ſepolto nella Chieſa di S. N. con le pompe funerali, & eſequie ſolite; Et nella ſua infirmità ſe l'è miniſtrato il Sacramẽto della Penitentia, il Sacramento della Communione, & il Sacramento dell'eſtrema ontione da me N. Rettore di detta Chieſa. Se fe teſtamento per mano di Notaro N. & ha fatto l'infraſcritti Legati pij.

Et ſe ſcriuano tutti legati pij.

Se non ha receputo li Sacramenti, ò alcuno delli predetti, diçaſſe la cauſa.

Se non ha fatto teſtamento, ſçriuaſe,

Non s'ha fatto teſtamento.

Se nel teſtamento non fece legati pij, dicaſe,

Se fè teſtamento per mano di Not. N. e non fece legati pij.

MODO DA OSSERVARE NEL BEbenedire le caſe, conforme a l'ordine del preſente Sinodo.

IOANNES BATTISTA CONſtantius Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Archiepiſcopus Conſentinus.

LA benedittione, che per rito antichiſſimo di ſanta Chieſa ſe fà alle caſe nel tempo di Paſcha, quando ſe preſuppone, che li Chriſtiani habbiano la conſcientia monda, e pura da peccati, & ancho l'habitatione purgata d'ogni dishoneſtà, & profanità: Deſiderandoſi da Noi, che in queſta noſtra Città, & Dioceſi ſi faccia in modo, che ne reſulti quel frutto ſpirituale per ſalute dell'anime, che pretende queſta ſanta attione, hauemo fatto l'infraſcritti ordini, che uolemo s'oſſeruino inuiolabilmente.

La feſta precedente al giorno, che ſe dourà fare detta benedittione, il Curato inſegnerà al Popolo la forza, & virtù di tal benedittione. ch'è di purgare quei luochi d'ogni malignità, & malitia di ſpiriti maligni, & d'impetrare all'habitatori ogni bene ſpirituale, & temporale dal Signor Dio.

Il Curato ſudetto auiſerà li popoli, che in tanto ſi preparino à riceuere detta benedittione con deuotione, e ſanto deſiderio, & non ſolo con purità di conſcientia, ma

con

con nettezza di luochi, doue s'hauerà da fare, da doue douranno togliere totalmente ogni profanità, come ſono, imagine profane, nude, & altre, che poſſino peruertere la purità della mente, libri profani, madrigali, & altri canti dishoneſti, maſchere, dadi, & carte di giochi, procurando, che quelli ſe brugino quanto prima.

Il Sacerdote, che farà detta benedittione, procurerà di farla con ogni purità di conſcientia, e ſancta intentione, con pietà, deuotione, e grauità, accompagnandola con ſpirituale oratione, & con alcuno digiuno, ma non laſcierà di celebrare Meſſa quella mattina, applicando quel ſanto Sacrificio a queſta intentione.

Et acciò la benedittione ſi faccia aggiatamente come ſi conuiene, volemo, che ciò s'eſequa in più giorni, cioè vna, ò due contrade della Città, ò Terra per giorno, & coſi ſequendo appreſſo, finche ſaranno benedette tutte le caſe, & a queſto effetto il Curato auiſerà la feſta precedente à quale contrada dourà fare la benedittione in ciaſchuno giorno, & in detta feſta nel Veſpro farà la proceſſione per quella contrada, doue farà la benedittione il giorno ſequente.

Il Sacerdote farà la benedittione ueſtito con la cotta, e ſtola, accompagnato con alcuni preti, e clerici, precedente la Croce in mezzo di dui lumi acceſi, & con vn clerico, che porti il vaſo de l'acqua benedetta.

Sarà officio del Sacerdote ſudetto, con queſta occaſione fare introdure l'vſo di tenere il uaſetto dell'acqua benedetta

detta a capo di ciaſcuno letto, con alcune figure deuote del ſantiſſimo Crucifiſſo, ò della Glorioſa Vergine, ò altri Santi, admonendo l'habitatori a mantenerui di continuo l'acqua ſanta, & à conuenirui il capo di caſa con la ſua famiglia ogni ſera, prima di cenare, ò d'altro tempo à loro più opportuno à fare auanti dette figure alcuna oratione, ò dire le Letanie della Beatiſſima Vergine, informandoſi da detto padre di famiglia ſe ſono tolte dette coſe profane dalla ſua caſa.

Neſſuno di Sacerdoti, o Clerici, ch'interuengano à detta benedittione dourà domandare coſa veruna, ancor che minima fuſſe, ma in modo alcuno da quelli a chi ſe benedicono le caſe in quello atto, non doueranno portare inſtrumento ueruno da conſeruare le coſe che ſi potrebbono dare.

Quando il Curato ſarà preſſo alla caſa per fare la benedittione, il padre di famiglia con la ſua famiglia inſieme uada all'incontro al detto Curato fin'alla porta del cortile, o caſa inuitando quello a fare detta benedittione, & recenendo con humilità, & riuerenza, ſentendo deuotamente quelle preci, & orationi con che ſe domanda il diuino agiuto per benedittione di quella caſa, e ſuoi habitatori, reſpondendo anco chi potrà alle dette preci.

Ma non ſi benedicano caſe doue è alcuno publico eſcõmunicato, ne caſe di Meretrici, Concubinarij, ò Vſurarij, ò altre perſone publicamente crimınoſe, ne meno caſe doue ſi fa baratterie, o ſi tengono giuochi prohibiti.

Auertiſcano

Auertiſçano li Curati de nō far paſſare termine d'vn meſe de far la benedittione del modo predetto, ſe non uorranno incorrere alle pene, che ſopra ciò s'imponer anno, cōforme la qualità della colpa; & faranno di più vna liſta di quelle caſe, che reſtano á benedirſe, eſprimendoui la cauſa perche ſi è reſtato.

Alli detti Curati, Preti, & altri Miniſtri Eccleſiaſtici nel giorno, che faranno detta benedittione, ò agiuteranno al Sacerdote che la farà, come ſi è detto, & alli padri di famiglia, che ſimilmente eſequiranno le coſe predette, nel giorno che riceueranno la benedittione nelle loro caſe, concedemo per ciaſcuna uolta giorni venti d'indulgenza nella forma di ſanta Chieſa.

Eſortamo finalmente ciaſcuno ad eſequire le coſe predette per quāto à ciaſcuno d'eſſi ſpetta, acciò cō queſto mezzo conſeguiſçano ogni çolmo di benedittione, e di doni ſpirituali, & corporali, come con paterno affetto gli loro pregamo dal Signore Dio. Dal Palazzo noſtro Arciueſcouale di Coſenza li 18. d'Aprile 1604.

COMMVNIA PRO ECCLESIIS CVRATIS Decreta quædam ex viſitationibus ſupradicti Illuſtriſſimi Archiepiſcopi deprompta, & aliqua nunc addita, in Ciuitate, & Diœceſi Conſent. ſecunda.

PRæcipua Parochorum cura, in cuſtodiendo ſanctiſſimo Euçhariſtiæ Sacramento verſetur, vt tutò, mundè, & ad præſçriptum ſaçrorum Canonum aſſeruetur.

In

In Pyxide Particulæ conſecratæ retineantur.

Ea verò Pyxis ſit argentea, circularis, profunda, capax, quæ tamen plicas, aut artificium quodlibet laboratum intus non habeat, ſed vndiq; interius deaurata, cum ſuo coperculo argenteo ſimiliter deaurato, quod ita Pyxidi adhereat, ipſamq; claudat, ut niſi manibus diligenter adhibitis nequeat aperiri: Pedem quoque ſaltem æneum deauratum habeat decentem cùm paruo nudo in medio, ut tractari commodè poſſit.

Alia Pyxis adſit omnino conſimilis, ſed parua in quauis Parochiali, qua Sacramentum ad infirmos deferatur.

Argentum cupparum de præſenti exiſtentium, applicetur ad opus conficiendi Pyxides ad formam præſcriptã, reliquos verò ſumptus ad eas neceſſarios tribuant hi, quibus ex loci conſuetudine id competere dignoſcitur, ſi aliter ſpeciali decreto non ſit cautum.

Vmbellis ſericis ambæ Pyxides contegantur, & ornentur, quæ tot ſint, ut iuxta colores, quibus Eccleſia pro temporum uarietate utitur admoueantur.

Tabernaculum (intus, quod Pyxides aſſeruentur) quò poterit ornatu maiori, & honorificè, & tutela omni ſit compoſitum;

Aula illius ita ſit, ut etiam geſtatorium tabernaculum aliquando poſſit ibidem retineri, ſitq; interius vndiq; ſerico rubro fodrata.

Nihil ibi præter uaſcula cum particulis conſecratis, & corporale

& corporale ſubtus ea mundiſſimum, nec Sanctorum Reliquiæ recludantur.

Apta quoque ſera Tabernaculum ſit munitum, & clauem penes ſe Rector retineat, uel ubi plures ſunt Rectores in arca reponatur communi, clauſa retinenda, quam Rector quiſque tantum ualeat aperire.

Habeat etiam tabernaculum huiuſmodi ſericas vmbellas, ut prædictum eſt, ſed in paruis Parochijs, violacei, nigri, & viridi coloris ex tela permittuntur.

Supra tabernaculum adſit omnino Baldachinum eò decentius, quò per facultates Eccleſiæ licebit.

Sæpius Particulæ renouentur, & fragmenta in Pyxide, ſi quæ erunt, à celebrante poſt ſanguinis ſumptionem ſumantur; quod tamen ſingulis ebdomatibus feria quinta; fieri non omittatur.

Locus conficiatur in ſacraſtia, qui decens, & ſua ſera, ac claue tutus ſit, interius exteriusq; ornatus, vbi sãctiſſimum Sacramentum in feria v. & vj. maioris ebdomadæ aſſeruetur pro infirmis, nec alijs uſibus locus ille deſeruiat, aut in eo aliud, vnquam tempore, retineatur.

Vbi nondum eſt erecta ſocietas Corporis Chriſti, curet Rector, infra bimeſtra tempus, illam erigi, erectam verò omni ſtudio, & fidelium numero, & deuotione augeri ſatagat, monendo ſæpius populum ad debitum cultum, uenerationem; & deuotionem exhibẽdum miro huic Sacramento, ut illud quoque religiose aſſocient dum ad infirmos defertur; nec Rector omittat ſanctiſſimum hoc Sacramen-

tum ſollemni ritu, & deuotione ſingulis menſibus in tertia Dominica, & per octauam feſti proceſſionaliter intus tabernaculum geſtatorium circumferre, uexillo ſocietatis, tintinnabulo, & Cruce præcedentibus, luminaribus quamplurimis accenſis deinde aſſociantibus, acolito cum Thuribulo Sacramẽtum continue incenſante ante Baldachinum; Ipſe verò Sacerdos, qui Sacramentum geſtat, ſacris veſtibus, & pluuiali ſit indutus.

At cum ſacram Eucharistiam infirmis ibit daturus, eadem quantum fieri poterit ſeruentur, ſed loco Pluuialis, breuiorem, & ſimplicem veſtem ſericam ad formam pluuialis, cappetellam nuncupatam induet ſupra ſuperpelliceam, & ſtolam.

Dum nocte urgebit occaſio communicandi infirmos, ſi non adſint, qui Baldachinum deferant, aliud habeat Rector non tam amplum, ſed ita aptatum, & compoſitum, vt vno baculo à clerico deferri poſſit; nec in lanternis decentibus candelæ deſint accenſæ, ne vento extinguantur.

Ad lampades, quæ ante Sacramentum collucent, adhibeantur Peluiculæ æneæ, quæ ſuis catenulis pendeant, ne ad pauimentum immunditiæ à lampadibus deſluant.

Si hyemali tempore, vel aliàs per loca montuoſa, aut per anguſtos tramites incedendum erit cum ſacra Communione; habeat Rector ſacculum ſericum albi coloris, qui intrinſecus ſit telà circumueſtitus, paulò altior pyxide,

inferiorem

inferiorem partem non quadram, ſed rotundam criſpatam habens, ſumitatem etiam ita compoſitam, ut ſacculi os ſericis funiculis arte appoſitis aſtringatur, & claudatur, & alijs funiculis ſericis benè ſolidis à collo vſq; ad pectus Sacerdotis dependeat ſacculus, in quo pyxidem cum particulis tunc includat, & portet.

Eccleſia, quæ fontem obtinet baptiſmalem, illum à parte ſiniſtra ingreſſus maioris ianuæ Eccleſiæ ſituabit, in cappella præcipua pro fonte, ſi Eccleſiæ capacitas ſuadebit, ſinautem propè parietem, ſed ne parieti per cubitum cum dimidio adhæreat quantum fieri poteſt cauendũ eſt.

A plano Eccleſiæ pauimento, gradus tres, uel ſaltem vnum habeat in deſcenſum, & in planitie gradus huiuſmodi columnula marmorea, uel lapidea, ſeu aliàs compoſita, intus perforata erigatur, & ſupra columnulam fons ſiſtat etiam in medio perforatus, & columnulæ reſpondẽs; Et intus hunc fontem, alius omnino marmoreus vndique ſolidus, mincris tamen magnitudinis collocetur, in quo aqua permaneat baptiſmalis, qui etiam ligneo conopeo tela rubra fodrato operiatur.

Ciborio quoque ſaltem ligneo pyramidato cum cruce parua in eius ſumitate fons uterque circundetur, & occludatur, ſitq; ciborium decenter depictus, & deauratus interius, uel ſaltem tela rubra vndique fodratum, & contectum; Et à parte, intus ciborium, ſit armariolum ſimiliter depictum, & deauratum, aut contectum in quo vaſcula ſacrorum oleorum permaneant.

Ianuæ autem ciborij, ſera, & claue optima muniantur, ſintq; ad anteriorem partem Eccleſiæ reſpicientes, & adeo amplæ, ut apertis, dimidia ſaltem pars fontis conſpiciatur, exterius umbella alba ciborium contegatur, eius uerò clauis cuſtodiatur ſicut de claue Tabernaculi præſcriptum fuit.

Sacra olea Chriſmatis, & Cathecumenorum in Vaſculis diſtinctis aſſeruentur, ipſa uerò vaſcula, ſi ex argēto fieri, facultates Eccleſiæ non patientur, ex ſtanno optimo ad formam capſulæ, cum operculo aliquantulum eleuato, ut intus bombax poſſit retineri, conficiantur; ſintq; ab interiori ſupra vaſculum, & ab exteriori contra illud, litteræ, quæ exprimant quod oleum ibi aſſeruetur, vt puta. O. Chriſ. O. Cathecum.

Capſula ſupradicta intus ſcatulam arte confectam, ad formam eiuſdem capſulæ, & ex corio deaurato opertā recludatur, ut munda, & decenter aſſeruetur.

Nec deſit vas decem argenteum, uel ſtanneum, in quo ſal benedictum, frequenter renouandum, ut mundum permaneat, & quo in baptizando tantum Sacerdos utetur, iuxta Rituale Romanum, nihil tamen de eo quouis preteſtu alijs perſonis quibuſuis concedet dabitue.

Pro accipienda aqua capitibus baptizandorum infundenda adſit cochleare argenteum, uel in Eccleſijs pauperum Rectorum, ſtanneum, cuius manubriolum palmi ſit eius verò vas tantæ aquæ capax, quæ ſufficere poſſit ad fluendum dùm forma exprimitur, & proinde in eius ſi-

niſtra

niſtra parte labrum admodum paruuli canalis eſiſtat.

Dum aqua, vt prædicitur fluit, non ad fontem, vnde recipitur, ſed ad ciſternulam, quæ ſubtus columnulam conſtructa eſſe debet, per exterioris fontis, & prædictæ eius columnæ foramina proijciatur, & defluat.

Adſint ex tenui tela duæ mappæ pro abſtergendis capitibus baptizatorum.

Quod ex rituale habetur, candidam veſtem baptizatis imponendam, vt eius rei miſterio actio reſpondeat, adimpleatur, induendo baptizatum ueſtem, quæ ad id confecta ex conſimili tenui tela retineatur.

Faces in torcia quoq; ibi adſit, quæ ardens baptizatis offertur. Si in cappella fons baptiſmalis exiſtit, altare quoq; in ea ornatum, & ſupra illud, in parsete Imago S. Ioãnis Baptiſtæ Chriſtum baptizantis non deſint; Ipſa etiam cappella cancellis clauſa; At ſi extra cappellam collocatus ſit fons, cancellis circumcirca omnino ſepiatur, & in proſſimo parsete dictam Imaginem S. Ioannis habeat depictã.

Pro oleo infirmorum cuſtodiendo, decens feneſtella in Sacraſtia, ſua claue munita conficiatur, quæ tela cerulei coloris interius ueſtiatur, in cuius ianua ab eſteriori, ſignum Crucis ſit expreſſum.

Ipſum uerò oleum in vaſe argẽteo, uel ſtanneo aſſeruetur, & pro eo ad infirmos deferendo, ſacculum habeat Rector ſericum coloris uiolacei, eius formæ, quæ de ſacculo ad portandũ Satramentum tradita fuit, clauis uerò feneſtellæ huiuſmodi retineatur, ꝓut in alijs præſcriptũ extitit.

Altaria

Altaria, in quibus ratione quauis celebratur, non modo competenti ſtructa, quàm ornatu decenti ædificari, & retineri debent.

Horum altitudo à bradellæ ſuperficie non minor ſit palmis quatuor, longitudo palmis ſeptem, latitudo uerò quatuor; in cuius latitudinis extrema parte gradus aliqui ex ligno conficiantur, ubi cādelebra, crux in medio, reliquiæ, & alia huiuſmodi reponantur, ita ut menſa altaris his nō impediatur.

Bradella, ſeu ſcabellum ſit ligneum benè firmum, & compoſitum, quod ſupra terram dimidio palmo emineat, & ita longum, ut altare etiam à lateribus cingat.

Telare quoque ligneum iuſta altaris menſuram adſit, in quo pallium innixum hæreat.

Pallia iuſta loci facultates decentia, & colorum quibus utitur Eccleſia ne deſint; Item cādelabra ſaltem duo; Imago Crucifixi in medio altaris collocanda, tabella ſecretorum, toballeæ neceſſariæ, quarum ſuperior ex tenui tela, & oblongior ſit, ut à lateribus altaris hinc, & inde pendeat uſque ad bradellam, tela etiam ſtragula, qua eſpleta Miſſarum celebratione, menſa altaris contegatur.

Pro maiori Eccleſiæ altare, proportione ſeruata, hōrum maior ratio habeatur.

Sint præterea altaria omnia cancellis, ſeu balauſtis ſepta, quo ad fieri poterit, cum ianua, ſed in altaribus maioribus ea non deſint.

Confeſſionale, Curatus, & qui munus exercet confeſ

ſionis

ſionis audiendæ, in Eccleſia habeat, quod non in angulis & cappellis, ſed in patenti, & conſpicua Eccleſiæ parte collocetur.

Sit ex tabulis confectum ſupra baſam, ſeu bradellam dimidij palmi altam; ubi pedes confeſſarij, & pœnitentis hæreant.

Confeſſionalis altitudo non ſit minor palmis octo, & totidem longitudo.

Ab vtroque latere, & à tergo ſeptum, & ſupra ſit tabulis contectum.

A parte verò anteriori totum omnino apertum, & patens.

Tabula inter confeſſarium, & pœnitentem interiecta ſit affixa, & in ea feneſtella adſit, quæ tamen lamina ferrea, paruis, & frequentibus foraminibus plena, à parte pœnitentis occludatur, & à parte confeſſarij ibidē tela tenuis affigatur; Eius uerò feneſtellæ ima pars, à ſede confeſſarij ad minus palmis duobus emineat, & ſubtus feneſtellam à parte ſedis huiuſmodi aſſula repaguli nō deſit, in qua confeſſarius hærere poſſit brachio innixus, at ſupra feneſtellam à parte confeſſarij ſit notula caſuum Archiepiſcopali inditio nouiſſime reſeruatorum, & á parte pœnitentis Imago ſanctiſſimi Crucifixi in carta deuotè expreſſa.

In tabula prætere a tergum confeſſarij reſpiciente, carta canonum pœnitentialium ſit affixa, ſed in tabula, quæ ab alio confeſſarij latere exiſtit, tranſumptum Bullæ

Cœnæ eo anno publicata permaneat.

Locus in quo pœnitens permanebit, ſcabellum genuflexorium tabulæ mediæ infixum habeat, ita compoſitam, ut commodè genuflexus hæreat, & facies ipſius feneſtellam attingat.

Neque in ſede confeſſarij ianua deſit, quæ eo abſente claue claudatur, ne ibi cum inreuerentia laici ſedeant, immorentur.

LAVS DEO.

CONSENTIÆ,

Apud Aloyſium Caſtellanum. M. D. C. V.

VA 1
1528328

162
B
37.

VIT
1